Tollere cristas. Diuersa metaphora, sensus idē. Iuuenalis: Quid apertius: & tamen illi Surgebant cristae. id est, Sibi placebat. Translatum ab auibus cristatis in quibus cristae erectiores aacritatis, atq; animorū iudicia sunt: nisi ad militū cristas referre malimus, quo sane hominum genere nihil, nec insolentius, nec stolidius. In hac sententiā Aristophanes in Pace dixit, detrahete cristas, *ησθημωμ ποδε λαφωσ εκεσ λαε;* id est, quae nobis cristas detrahax. Videlicet reddita pace. Animus in pedes decidit. LXX

Qui uehemēter consertantur, atq; expauescūt, ijs animus in pedes decidere dicitur. Quin hodie uolū animus: T oetus animus mihi erat in genibus, pro eo quod est, uehemēter er am exanimatus. Homeri Iliados. O. *Τεβωνασαμ, πασσι η δε πασαι ποσι κωσ πασε θυμωσ.* id est, Pauor ingruui ingens Omnibus, inq; pedes animus mox decidi imos.

Vel pa cicada obstrepsens. LXXI

Σρηε βομβωσ τε ετηγωσ εναντιον. id est, Scilicet obstrepsans argute uelut cicada. Apud Theocritum est in Hodiae poris. Nam his uerbis contēnit quidam pastor pastorem, a quo prouocatur, *Quadrabit in eam, qui certat longe impar, cum superiore. Aut quā negocium facerit, longe se praesentioribus.*

Pica cum lusciniā certat. Epopa cum cygnis. LXXII

Cōsimile huius simi, quae legitur apud eūdē e adē Elogia: *Ου δεμιπο μη λάκωρ ποτ' ανδ' ονα κιασθε ερεισαμ.* Ουδ'

Οὐδ' ἔσπασας ἡνίοχοισι. id est,
Haud fas est Lacon, phlomenam ut prouocet unquam
Fica, nec argutis epopa obstruat improba cygnis.

Pilos pro lana. LXXIII
τρίχας ἀντ' ἔριον, id est, Pilos pro lana. Frouerbialiter
apparet dicta etiā illa, apud eundē ποιῆτα in Hodoeporis, de
re uehementi inaequali, aut de negotio supra modū absurdō.

Τίς τρίχας ἀντ' ἔριον ἔποικιζοτο; τίς δὲ πορεύσας
ἄγρος ποσποτοκόιο κακὰρ κωὰ βόλλετ' ἀμέλγηρ; id est
Quis nice lana um fetas detondeat unquam?

Quis capra pro primipara uilem uelut amens
Emulgeret canem?

Capra pilos habet potius quān lana, cuius laniger a est. Hęc
dicuntur in pastorem, qui certaturus hęcū opponēbat agno.

Tibiam tuba comparas. LXXIII
ἄλλορ σάλπιγγι συγκρίσεις, id est, Tibi tuba cōparas.

Res fertur a Diogeniano. Conuenit in res supra modum impa
res, propterea quod exilē uoce edat fistula, tuba proegredem.

Cicadae apem comparas. LXXV
τέτηρι τὴν μέλιττα συγκρίσεις, id est, Cicadae com
paras apem. Nam cicada cum maior, tum canora, cum apis
fit non modo minuo corpusculo, uerum etiam penē muta. Lu
cians in Rhetorum doctore, prouerbum utriusq; attingit.

τοσούτῳ ὑπερφωνούτῳ ἐνεχθεας, ὅπου ὁρῶ ἡ σάλπιγγος
τοῦς ἀλλοῦς ἢ οἱ τέτηρις τῶς μελίττας, id est, Inuenies
tanto uoce superiorē, quāto tuba superat tibias, apes cicadae.

Testudinem Pegaso comparas. LXXVI
κεδάνῳ πηγῶσφ συγκρίσεις, id est, Testudinē Pegaso
fo comparas. De rebus nequaquam inter sese conferēdis. Pe
gasis equus erat uolucer, si fabulis credimus, testudine nihil
ear diuis. Vergilius in Tityro aliquot dissimilitudinis formu
las congesit:

Sic canibus catulos, similes sic matribus hęcōs
Noram: sic paruis componere magna solebam.

Verum hęc tantum alias inter caput exaltat sorbes,
Quantum lenta solent inter uberna cupressi:

**Aliter catuli longe olent,
aliter sues.** LXXVII
Apud Plautū legitur in Epidico, fordidior quāde metapho
ra, sed tamen ad rem significandam apta: Aliter catuli longe
olent, aliter sues. Quo dictio significatam est, nō ueste digno
sci hominem ab homine, uerum inesse natiū quiddam, genu
num, ac proprium in unoquoque, quod in ipso uultu, oculisq;
cluceat, quo liberum a seruo, generosum a rustico: probum
ab improbo, facile discernas. Atq; hic est hominis ueluti pecu
liaris quiddam odor, quo deprehenditur, si quis modo sit saga
ci nare. Huc allusit Martialis libro sexto.

Cum bene se tutam per fudes mille putauit,
Omnia cum sciet, Tibaida Thais olet.

Huc pertinet etiā illud cuiusdam apud Fabiū: Ne facie quidē
liberi hominis habet. Quod cū a quodā esse dictum de
formi specie, retorsit aduersarius, affirmans recte dictum, cū
nō esse liberum, cui non sit facies liberi metes.

Vt semētē feceris, ita & metes. LXXVIII
Elegantissima metaphora dixit Cicero: Ut fementem fece
ris, ita et metes, id est, reportabis premiū tuis factis dignū.

Plautus in Epidico: Sed ut acerbum est, pro benefactis cum
malam messem metas, id est, cum pro beneficio maleficia re
portes. Et apud Platonem: Quam hic messem facturus es?
Haud sanē bonam. Hęc metaphora communis est etiā sacris
litteris: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. Et

diuus Paulus: Qui seminant in carne: de carne metet cornu
ptionē, Qui seminant in spiritu: de spiritu metet uitā aeterna:

Et si uobis seminauimus spiritus ualia, magnum si uestra cara
nalia metamus? Hinc respicit illud Euripidis in Hęcuba:
χμῆς δὲ ἔχου ἄμοιο τοῖς βόλλευσσιν. id est,

Habeatis at uos insituito congrua.

Denique, illud penē solene est apud Grecos ποιῆτας κακῶς
κακῶρ. Aristophanes in equitibus:

Οὐδὲ μισοκλῆ ἐπίσμαι
Ἐλλῶ γλαμμάτορ, ὅ τῆται ἢ κακῶς κακῶ. id est,

Neque musicam doctus scio,
Sed literas tantum, atq; eas malas male.

Illud itē frequens, αὐτῶ ὄλλῳ κακῶς κακῶ, id est, Tem
lum per dā male. Interpres admonet figura prouerbialis, qua
de re dictum est, in huius operis uestibulo. Rursum Euripides
in Hęcuba. τῆρ ἢ κακῶ
κακῶρ τι πάσχω τῶρ δὲ ἄριστῶν ἑντυχῶν. id est,

Bonus bene eundem, sed malis male. Idē in eadē fabula:
Ἄλλ' ἐπεὶ τὰ μὴ κακῶ
πρόσωρ ἐτόλμας, τῶνδ' καὶ τὰ μὴ ὄλλῳ. id est,

Quin ubi, que non decent
Haud ueritus es patrare, ser que non libent.

Per quam festiuū est, qd de Diogene refert Laertius. Super
caena quidā illi obijcebat ὄσσα, uelut cani, qd Cynicus esset,
et cōmēliā ille sic pensauit. Accessit propius et iuxta illos
stans mingebat, uicissim illis canem agens. Sed propius huc
peruenit, quod idem refert, in Zenone: qui seruū in furto de
prehensum cedebat. Seruus interim clamabat, in fatius fuisse,
ut firaretur. At Zenocilluēntia ut cedereris. Seruus quoniā
audierat herum dispartantem de necessitate fatōrū, eam pre
textuit suo cōmissio: Sed scite retorsit philo sophus.

Carica musa. LXXIX
καρικὴ μῦσα, id est, Carica musa. καρικὰ ἀυλῆματα,
id est, Caricę cationes. De lugubri aut rustica, atq; indocta,
seu molesta cantione dicti soliti. Quadrahit et in poetā, aut
oratore indocilum. Antiquus enim de tristī fridulag; et
inamœna cantione dicebatur, propterea, qd ut tradit Athe
neus libro dipnosophidion quarto, Cares itidē ut Phœnicę,
in lectu tibis ius solēt magnitudine palmi, lugubres quiddam
et fridulum sonatibus. Eas autem tibias Phœnicum lingua,
gringos uocari, quod ijs in Adonidis lectu soleant ius. Porrō
Adomidem γρηγῶν, id est: Gringen appellat. Hinc ipsam
uerbum γρηγῶν. His cōfina tradit Iulius Pollux lib. iij.
noti quod ibi γρηγῶν inuenio scriptum. Caricam musicam
natis et Aristophanes in Rans:

σκολιῶρ μελίττῳ ἢ καρικῶν ἀυλῆμάτων. id est,
Obliquarum Meliti et Caricarum cantionum.

Eadē καρικὰ ἀυλῆματα ueteres σκολιῶ, id est, obliqua
uocabat: uel a tibiarū specie, uel ab obliquo in cōiūijs canem
di ordine, de quo meminimus in prouerbio: Ad Myrtū ca
ner e. Memini et Plato apud Athenenum in Laconibus:

Ἄλλοις δὲ ἔχουσσι τῆς καρικῆς καρικῶν μέλος, μελίττα
id est, Calamos hīs puella, Caricū melos modulabitur. Pla
to quoq; philo sophus lib. de legib. vij. mentionē facit Caricę
muse, qua interpretatur ἐπι κηδῆα ὄλλῳ, id est: Lugubrē
cātionē. Carū barbariē idē dēdō taxat Homer. iij. Hinc dō lib.
Νῆσῳ δὲ κακῶρ ἠγῶσσο θερῶσσο φῶν. id est,

Nastes ducebat Cares, quibus barbar a uox est.

Vnde et populari dicto Grecis κακῶζῶν sine κακῶζῶν
aut κακῶζῶν dicuntur, quibus barbarus est et aggressi
fermo. Et M. T. id. apud Quintil. in cap. de pñicatione dicit
illos

illos ex Lycia & Caria oratores in epilogis bene canere, nisi in reprehendis illorum pronunciatione. Strabo libro geographiae xiiij. ostendit Cares occasione frequentur fuisse mixtos Graecis, & tamen barbare crasseq; sonauit lingua Graecorum. Quod idem euenit Graecis in lingua Romana, & nobis in lingua Britannica. Hoc in uiliu Strabo παρομοιασ, κακοσομιαν, & βαρβαροσομιαν uocat. De cationibus Carum & Phrygum meminit & M. Tullius in Bruto.

Atticamusa.

LXXX

Cui diuersum, ἀττικὴ ἀδοσα, id est, Attica musa, pro uenu sit, lepidaq; oratione. Nam inter dicendi genera laudatur in primis Atticū. Diogenes Laërtius scribit id cognominis uulgo tribuū fuisse Xenophonti, ut Attica musa uocaretur, propter admirabilem quandam hominis in dicendo uenustatem. Unde & Atticam eloquentiam, & Atticū lepore appellant, quæ admodū indicantur alibi. Sed ad hominē accommodatē, erit uenustius, praesertim si accedat ironia: ueluti, si inlegantem aliquid, & ab omnibus literis & gratijs alienissimū: Atticam musam uocet. Nam Amusium uocant oēs huiusmodi.

Eodem bibere poculo.

LXXXI

Eodem bibere poculo, esse iisdem affici in cōmodis, malisq; cōmunitus obnoxii esse. Plautus in Casina: Ut senex eorū hoc poculo quo bibi biberet. Translatum uel à bibendi certaminibus, uel ab ijs, qui metuit uenena. Idem, hodieq; nostrastit uulgo irrisissimū manet. Etenim si quādo minantur, se parē gratiam uelatos, aut se de eodem porrecturos poculo. Tāxat Martialis quēdam, qui conuiuiū iam dilatū & acerbum apponente, cū ipse de exquisitissimo biberet, qui mos ē hodie, plerisq; diuitibus, atq; hinc procerbum natū uideri potest. Fit autem interdū, ut qui imprudens, poculum acerbū gustaret, iudeat & alios illiciter, ut ex eodem bibant. Fit aliquoties, ut in diuitis literis mentio de calice Babylonis, cū significatur aliqua calamitas irroganda. Paulo diuersus est, quod ait Aristophanes in equitibus: Οὐ ποτ' ἐκ τανούτου μὲθ' ἡμῶν ποτήριον. id est: Ille nobiscum haud eodem potat unquam poculo. Tāxat siliatorem.

In planiciem equum.

LXXXII

Ἐκ πείλοιο τὸ μῦθον, id est, In planiciē equum. Quoties quis ad id promouat, in quo plurimum ualeat quosq; uel maxime gaudet. E quos in campo tantquam in sua est harena. Apud Lucianū in captiua, cum ipse iudices postularet, Plato respondet τὸτο ἐκείνο ἐξ πείλοιο τὸ μῦθον, id est, Hoc ipsum, quod dicitur solet: Equum in planiciem, uidelicet hominē Rhetoricū significans, & in agendis causis exercitātū. Plato in Theaeteto, ἡν περὶ αἰεὶ πείλοιο ἡτοκάλεισθαι σαρκετῶν εἰς λόγους, id est: Equitē in planiciē puocos. Socratē ad disputādum. Tāmesi quādam codices ἰστωρον habēt hoc loco, non ἰπέα. Synesius in epistola quadā: Ἐπ' αὐτὸ δ' ἢ τὸτο καρωαδ. ἢ ἰστωρον εἰς πείλοιο, τὸτο δ' ἢ το τὸ λόγους ἡτοκάλεισθαι ἡν γέμου. id est: ad hoc ipsum certe protooco, equū in planiciem, iuxta id quod dicitur adhortari me putans.

Acanthida uincit cornix.

LXXXIII

Acanthidem superat cornix. Calpurnius Bucolicus poetā, Elegia sexta: Ἀστὺλε ἀρεαίβηλε εἴ, si uincat acanthida cornix, Vocalem superet si tu pis aedona bubo. Acanthis enim uocalis estaus, & in primis canora: Cornix obstrepera quidem, sed minime canora. Acanthidem, Theodorius nunc solum uertit, nunc ligurinum: quin & aedona Græce dicit. Sic autē pronunciantum ut aē ficiant duas fylle

labat. Nam Graecis αὐτὸν ὠν λυσινίαν significat.

Prius testudo leporem praecuerterit.

LXXXIII

πρῶτος ἡ χελώνη πρῶτον ἐσπάρητο δ' αὐτὸν ὄν. id est: Prius testudo leporem cæcisus praeterituri. De re ueniatum uerisimili. Testudine nihil tardius, unde & testudinum incesam dicimus, & apud Ciceroem in libro de uinatione, quispā testudinē, tardigradam & domipōtadam uocat. Lepus autē celeritate praecellit. Meminit huius adagij Diogenianus.

Huius generis sunt illa apud Theophrastum in Thyrside.

Νῦν ἡ μοῦ φασεῖτε ἑσάτη, φασεῖτε δ' ἀκανθίδα, Ἀδὲ καλὰ νάγκιστος ἐπ' ἀκμῶν ὄνοι, κοιλίας, πάντα δ' ἐνομάζει γένοιτο, Ὡς πῆτις ὄχραε φρεῖκα Δάφνης ἐπὶ δῖοσκι, καὶ τῶς κήραε ὠδάρθ' ἔλκοι, καὶ ὄρεω τὸ σκῶπτε ἀν' ὄσι γαστρίσωντο. id est, Nunc uolus prostrare rubi, producite sine, Imperiusq; comet narcissi flore decenti. Omnia uertantur, portet pyra mitia pinus Postquā obijt Daphnis, trahat & iam cerua molosses, Montibus in summis philonene noctua canteat.

Cancros lepori comparas.

LXXXV

Καρκίνος δ' αὐστὸν ἰσνηκίνας, id est: Cancros lepori comparas, de supra modum dissimilium. Etenim ut leporum celeritas, ita & canerorum tarditas nota est. Simillimum est illi, quod proxime uertimus. Refrunt & hoc apud eūdem.

Terra filius.

LXXXVI

Olim homines obscuri, ignotiq; genere prognati, terra filij dicebantur, propterea quod terra fit omnium communis parens. Vel quod iuxta quorūdam etiam historias primis mortales de terra nascēbatur. Tertullianus in apologetico ad uersus gentes: Nam & terra filios uulgus uocat, quorum genus incertū est. M. Tullius ad Atticum libro primo: Et huic terra filio, nescio cui, cōmittere epistolam tantis de rebus nō audeam. Idem ad trebatium libro familiarium epistololorum septimo. Gneus Octavianus tuus familiaris, summo genere natus, terra filius. Persius: Praesto est mihi Manius heres, Progenies terra: quere ex me quis mihi quartus Sit pater, haud prompte, dicam tamen: adde etiā unum. Vnum etiam, terra & filius amilium. Iuuenalis: Unde fit, ut malim fraterculum esse gigantum, Ad procerbiū palam alludens. Nam gigantes ē terra progenitos poetā fabulatur. Huc pertinet, quod apud Euripidem Ion Xuthum percontatur: Πῆς ἄρ' ἐκπέφυκα μέγας, id est, Num jatus Tellure matrem atq; ille respondet. Οὐ πείλοιο τικτῆ τέκνα. id est, Non parii natos solum.

Apud Pausaniam, Strabonem, atq; alios id genus autores, Iegimus populos quosdam ἀντοχθονας appellatos, qui non alio referant originem suam, quæ admodum pleriq; faciunt, uerum ex ipso solo nati uideri uelint, quorum de numero sunt Athenienses. Qui sibi nobilitatem uirtute peperissent, nullis maiorum unagimibus illuſtres, noui homines dicebantur. Porro ignoti, & subito apparentes, incertum qua regione profectū, Cæli filij uocabantur, quasi repente de caelo demissi. Inductus & in Mosiacis literis Melchisedec ἀπ' ἄνω καὶ ἀνέβητορ sine patre, sine matre: neque dissimili ratione οὐρεσσοτερες, id est, de caelo lapsi dicebantur.

Iuuenalis.

Tertius de caelo cecidit Cato.

Quiaquam hoc magis conuenit in homines eximia uirtute. Plu-
 tar chus in inuclina, quam scripsit aduersus Herodotum, de
 nauis quadam, unde subito uox est edita Adimantio: ὁ δὲ κέ-
 λος οὐτ' ἄρ' ὄς εἰσεμὲν οὐρανοτέρης, id est, Nauis au-
 tem illa, erat, ut uidetur in caelo delapsa. Atq; hic sermonis co-
 lor sumptus uidetur et Tragedijs, in quibus machinis quibus-
 dam sic repete ostendebatur personae populo, ut in caelo uenisse
 uideri uellent. Apud Romanos noui homines dicebantur, qui
 maioribus obscuris nati, suis uirtutibus innotuissent.

Ex quercubus, ac faxis nati. LXXXVII

Huius finitimum est illud Homericū: E quercu, est faxis pro-
 gnatus, quod quadrabit, uel in hominē obscuri genere, uel in
 eum, qui sit agrifli, atq; effero ingenio, moribusq; immani-
 bus. Inde ductum adagium, quod antiquitus in cauis quercu-
 bus, telorum uice uictitant homines, atq; hinc e quercu
 bus nati fingebantur. Inde illud:

Et duro robore natos.

Præterea creditū est, ex faxis, à Deucalione Pyrrhāq; pro-
 icctis, mortalium genus absumptū diluuiō, instauratū fuisse.

Homerus in Odyssæ. τ.

Οὐδ' ἄντι δ' εὐός ἐστι παλαιό φάτος, οὐδ' ἄντι πέτρης, id est,
 Nam neq; fatidica quercu satus es, neq; saxo.

Id imitatus Pallada in epigrammate:

Ὅς γὰρ ἄντι δ' εὐός εἰ οὐδ' ἄντι πέτρης φασίμ. id est,

Non enim e quercu natus es, nec e petra, ut aunt.

Allusit ad id festiuiter Plato libro de rep. octauo. ἢ οἶα ἐκ
 δ' εὐός ποθεῖν ἢ ἐκ πέτρης τὸς πολιτείας γίνεσθαι, ἀλλ'
 οὐχί ἐκ τῶν ἰσθμῶν τῶν ἐν τῶν πελάγει, id est, An existia-
 mas e quercu quacumq; aut rupe, res publicas nasci, ac nō po-
 situs ex moribus eorum, qui in republica uersantur in crude-
 les et inimicos conuenit illud Theoreticum in Aepolo de Cu-
 pidine. ἢ ἔα λελύτας μασθῶν ἐδιδραζε, Ζευμῶ τέμην
 ἐπέρεσε μέτρη. id est,

Scilicet ille leuene

Vbera sicut, et in nemore hunc genitrix fera pauit.

Deorum cibis. LXXXVIII

Ὁσμὸν ἔσθῃ, id est, Deorum cibis. De prelatiis epulis au-
 cebatur, propterea quod Homerus fingit deos noctare, atq;
 ambrosia uictitare, nec ob id unquam senescere. Traquillus
 in Nerone, Parricidia, inquit, ex caedis à Claudio exorsus
 est. Cuius necis etsi non autor, at conscius fuit: Neq; dissimu-
 lauit, ut qui boletos in quo cibi genere uenenum is acceperat,
 quasi deorum cibum, pro uerbio Græco collaudare sit so-
 litus. Horatius in epistolis.

O noctes, cœnæq; decum.

Aristophanes in Ramiis, ἐξ μετὰ κόρον ἔναρχίας, regum Aulica
 conuiuia significans.

Tertius Cato. LXXXIX

Tertius Cato, prouerbialis est iroonia. In uirōs impediō te-
 tricos, atq; aliene uitæ censors. Nam duorū Catonum, se-
 nioris, cui nomen Cenforio, et minoris, cui cognomen Vit-
 censij, grauitas, pariter atq; integritas, uulgo celebratissima
 quoniam fuit. Adeo, ut e caelo demissi dicerentur, ut bellū cū
 uitij gererent.

Iuuenalis.

Habeat iam Roma pudorem,

Tertius e caelo cecidit Cato.

Sapientium octauus. XC

Hinc per omnia similitudē est illud Horatiam in sermoni-
 bus: Sapientū octauus. In eū, qui sibi nullū tribuit in sapien-
 tia. Numeratur enim apud Græcos septem sapientes, eorūq;
 apothegmata oraculorū uice celebrantur, etiā si de nominibus

magna inter scriptores uarietas est. De numero certe cōstat
 inter oēs, unde per ironiā sapientiē octauū dicebat, dignū quā
 septem illis adderetur. Horatius.

Hæc mihi Stertinius sapientiū octauus. Itē Ausonius:

Sapientiūq; supra Græciæ septem uiros

Octauus accessit Sophos.

Bis dat, qui cito dat. XCI

Memini, nisi fallor, apud Senecam alicubi legere: Bis dat,
 qui cito dat. Idem libro de beneficijs secundo: Ingratum est
 beneficium, quod diu inter manus dantis hæ sit. Quæ senten-
 tia monet, haud cumctanter, haud grauatim optulendam ami-
 cis, cum opus est, se diuero non expectatis precibus defendendū
 officium. Inter epigramata Græca fertur et hoc distichon
 nomine, tituloq; Luciani:

Ἄνευ χάριτος γλυκερότερον, ἢ δὲ βραδύων

Πῶσα χάρις κενεῖ, καὶ δὲ λέγοιτο χάριε.

Id carmen Latine nō potest cōmode uerbi, propterea quod le-
 pos et argutia epigrammatis sita sit in hac uoce χάρις, quæ
 Græcis aliquando beneficium significat, aliquando gratiam,
 quæ cōmendatur aliqui, aliquado deam ipsam. Citatur simi-
 lis apud Ausonium sententia Græca:

Ἄ χάρις ἢ βραδύων, ἀχάρις χάριε.

Tertium initium carminis Heroici, ex epigramate quopiā.

Tardū beneficiū, ingratum est. Eam ille sic uertit,

Gratia que tarda est, ingrata est, gratia namq;

Cum fieri propter gratia gratia magis.

Rursum alter uertit idem.

Si bene quid facias, facias cito, nam cito factum

Gratum erit, ingratum gratia tarda facit.

Vnde et Hector apud Euripidem in Rheso contemnis, ac
 damna auxilium fero delatum amicis.

Μισθὸν δὲλοισι μῆκερ ἑσθῶσομεν. id est,

Odi equidem amicos ferius succurrere.

Extat et Mimus nō inuenimus in hac eadē sententiam:

Bis est gratum, quod opus est, uirto si offeras.

Item alter hinc adsimilis:

Beneficium inopi, bis dat, qui dat celeriter.

Honos alit artes, XCII

Id quod est apud M. Tullium: Honos alit artes, uidetur esse
 sumptum ex Aristophanis Plauto.

Ὀὐτε γὰρ δὲ μιδὸς οὐδ' ἐμ' ἐστ' οὐδ' ἢ τέχνη. id est,

Neq; premium ullum est, ars nec ipsa item uiget.

Colligit enim nō esse cōsentaneū Athenis ullos esse bonos me-
 dicos, cū medicis nulla sim præmia. Diogenianus autem hoc
 inter adagia cōmemorat. Huc allusit Martialis, cum ait,
 Sint Mecænes, non decriui Flaccæ Marones,

Vergiliūq; tibi uel tua uera dabunt.

Ei Aristoteles scribit honorē esse præmiū uirtutis: Ac prisco
 rum leges, nō solum cōminabantur penā maleficis, sed et præ-
 mii et honoribus inuitabant ad recte agendum. Pindarus in
 isthmij, hymno nono, tanquā uulgo celebrē sententiā citat.
 ἔσι δ' ἐτίς λόγος ἀνθρώπων, περὶ λειψόμενον ἐσθλῶν μὴ χα-
 μαίσι γὰρ καλῶ ψα. id est, Est autē dictū quoddā inter ho-
 mines celebre, Bonū peractum, non esse in terra occultandū
 silentio. Huc pertinet Euangelica parabola, non esse lucernā
 occultandam sub modium. In hoc autem prædicanda sunt re-
 cte facta uirorum illustrium, ut ceteris prelicant ad cape-
 fendam uirtutem.

Vel cæco appareat. XCIII

Prouerbialis hyperbole frequens apud autores: Vel cæco
 appareat, de re uehemēter perspicua. Aristophanes in Pluto.

τὸ ποτὸ κρινεὶς δ' ἀλοῦν' ἢ καὶ πυχλῶν
Γρῶνοι Δοκῆ τ' ἴθι.

Qui scis ita esse? scilicet uel cæcus hoc
Videat. Eusebius aduersus Heroelem, ἀλλὰ τὸ πυχλῶν
φασι δ' ἄλλοι, id est, Quintilianum uel cæco perspicuum aiunt
esse. Plato lib. de reipub. οὐδὲν καλὸν πυχλῶν γε δειδῶν, ὡς
μεροσάνας, id est, Sanæ & cæco perspicuum est transfusa
ri. Id est in Sophista τῶν γε γὰρ ὅταντι, ἢ ἄλλο μόνον
δ' ἢ τὸ πυχλῶν, id est, Qui fieri potest, ut hoc non appa-
reat quem admodum pro uerbis dicitur uel cæco? Sumptū uide-
ri potest ex octauo lib. Odyssæe Homericæ, καὶ ἡ ἀλαῶς
τοὶ ξένοι Διακρίνετε δ' ἄμυα, id est: Hanc etiam cæcus me-
tam discerneret hostes. Quintilianus lib. xij. Nam quis igno-
rat, quin illud longe sit honestissimum, & liberatibus disci-
plinis, ex illo quem exigimus animo dignissimum, non uen-
diti operam, nec elatere tanti beneficij autoritatem. Cum
pleræque hoc ipso possint uideri uilia quod pretium habent.
Cæcis hoc, ut aiunt, satis est. Neque quisquam, qui sufficiētia
sibi, modica autem hæc sunt, possit debet, hinc questū sine cri-
mine forditum fecerit. In his uerbis Fabij, uox quæstia deesse
uidetur, ut legas: Cæcis hoc, ut aiunt, satis perspicuum est.
Allusit ad hoc adagium Antigonus rex, amoculus, cum alla
to instrumentum pro egrandibus quæpi literis, ταυτί τῷ καλῷ
πυχλῶν δ' ἄλλοι, id est, Hæc quidem uel cæco perspicua sunt,
inquit. Recensuit Plutarchus, τῶν συμβουρίων, Decade. ij.

Multis ictibus deicitur quercus. XCIII
Πολλῶσι πικρῶσις ἐπιπέδα δαμάσσει'. id est,
Multis rigida quercus domatur ictibus.

Senarius hic extat in Diogeniani collectione, de re factu qui
dem ardua, que tamen assiduâ industriâ peruincunt. Hinc
non dissimile uidetur Hesioidium illud:

Εἰ γὰρ καὶ δὲ σμικρῶν ὠδῶν σμικρῶν κατὰ δῶδο,
καὶ ἑκατὰ τῶν ἰσθμῶν, ἡχῶν καὶ ἡ γυλοῖτο, id est,
Si paulum paulo adicijs, faciesque ita crebro,
Mox magnum quiddam tibi conficietur & ingens.

Id quod non tantum ad luctum autem pertinet, quod ex mi-
nutissimis sepe maximum conficitur, uerum etiam ad indus-
triam assiduam, que etiam si uehemens non sit, tamen si per-
petua, atque indefatigata fuerit, res difficillimas quoque facile
conficit. Quæ admodum uicinus ictus nihil adferre momenti
uidetur, ad decidendam molem quæ uero uerbis, uerū ea cre-
bris ictibus facile profertur.

Caudæ pilos equinæ paulatim uellere. XCV

Caudæ pilos equinæ paulatim uellit, qui quod uiribus, at
que impetu fieri nequit, id tempore, atque assiduitate conficit.
Horatius in epistolis:

Vtor permisso, caudæque pilos ut equinæ
Paulatim uello, demo unum, demo unum etiam unum

Dum cadat elusus ratione uentis æcerui,
Qui redit ad fustes, & uirtutem æstimat annis.

Natum est factio quodam ducis Sertorij, cuius rei meminit Plu-
tarchus in eius uita. Hic enim cum suis coisset, ex barbarâ tur-
ba confatis rationibus persuadere non possit, in re militari
plus habere momenti consiliū, quam uires temerarij, postea
quàm illi parū scilicet pugnasissent, duos pponit equos, alterū
maclentū, atque inualidū, alterū uegetū, caudâ pilosa. At-
que inualidū illi inuenem adhibet prægrandi corpore, &
admodum uiribus. Contra, uegeto illi, pusillum & imbeci-
llam admoet homuncionem. Hic singulos pilos paulatim
uellens, breui spacio totam depulsat caudam. Inuenis est diuer

so caudam omnem simul manibus utriusque comprehensam, ut
atque impetu conatur uellere. Qui cum frustra sudaret, ri-
sua iuit circumstantibus. Sub hæc alij genus Sertorius, cuius
consilio, iussuque hæc fuerat acta, uidetis, inquit, commulito
nec, quanto plus posuit uentum, quam uires.

Virum improbum uelum mors mordeat. XCVI

καὶ μὴ δ' ἀκούει ἀνδρα πονηροῦ, id est, Vel mors mor-
deat urum improbum. Herodotum Heroici. Quo signifi-
catur est, quocumque uentum uelum non deesse malis, sed
eos aliquo pacto meritis dare poenas. Competit & in eos,
qui de re quantumuis frivolarum mouent seq̄; lesos que-
runtur, & offensos simulant, ne quid dent. Id quod nuper
cuidam accidit apud Britannos medico, mibi ut patria com-
muni, ita & amicitiâ conuenitissimo. Libet enim obiter hanc
fabulam inserere. Cuiem quendam Londoniensem uirū egre-
gie nummatum & habitum adprime probum arte, caræque
sua liberat ar, non sine suo ipsius periculo. Nam is pestilen-
tissima febre tenebatur. Et, ut sit in periculo, medico montes
atros fuerat pollicitus, si non graueretur sibi in tanto uita
discrimine, dexter adesse, obtestatus & amicitiam, que illi
cum eo intercedebat. Quid malis? per suasit & iuueni, &
Germano. Adiuit. Nihil non fecit. Reuixit ille. Vbi ueracem-
de de pecunia medicus admonuisset, elusit nugator, negas
de mercede quocumque addubitandum, ceterū arce nummarie
elauem, penes uxorem esse. Et nos, inquit, mulierum inge-
nium. Nolo sentiat, tantam pecunie summam à me datam.
Deinde post dies quatuor, hominem obtutum forte factum, iam
nitidum, & mīla morbi uestigij præ se ferentem, appella-
uit, & nondum date mercedis admonuit. Ille constanter asse-
uerare pecuniam suo iussu ab uxore manerat esse. Medici-
cus negare factum. Hic uide quam ausum bonus uel arri-
puerit: cum fore medicus cum Latine, numero singulari ap-
pellasset, ibi uelut atrox lacertus imitaria: Vab, inquit, ho-
mo Germanus tuus Anglum? moras? uelut imbus animi,
præ iracundia caput mouens, diræque munitans, subduxit sese.
Atque ad eum modum honestus ille cuius, elusit, dignus profes-
sio quem sua pestis repetat. Risimus quidem fabulam, nec ta-
men sine dolore, propter indignæ frustratum amicum, nec sine
tam insignis ingratitudinis admiratione. Refertur gra-
tiam leones in periculo adiuit. Meminerunt officij dracones:
homo homini, amicus amico, sic merito, pro mercede, que
nulla satis digna rependi poterat, ludibrium reponit. Atque
hæc in facti detestationem diximus, non gentis odium. Nec
enim par est, ex hoc uo nebuloæ Britannos omnes aestima-
ri. Refertur adagium inter Græca epigrammata.
θεοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ μὴ δ' ἀκούει ἀνδρα πονηροῦ, id est:
Vltro aiunt, uel inuentem etiam mordere sceleratum.
At is quisquis est, nam incertus autor, inmerito prouerbum,
dicens bonos uros uel a uure mordari, malis ne draconem
quidem audere dentes admoueri, hoc est, insontibus passim no-
ceri, propterea, quod iij impune lædi posse uideantur, ut pote
non relocatori iniuriam.

Vel capra mordeat nocentem. XCVII

καὶ αἰς δ' ἀκούει ἀνδρα πονηροῦ, id est, Mordebit uel ca-
pra nocentem. Ita reperitur in collectione Diogeniani. Sen-
sus nihil discrepat à proximo. Nā capra minime aliqui mor-
dax est, nisi quod improbus omnia sunt infesta.

Litem mouebit, si uel a finis
canem morderit. XCVIII

Celebratur Græcis & hic senarius prouerbialis:
Δίκτω ἕφετα καὶ ὄντι δ' ἀκούει κώωα. id est:

Litem mouebit, si uel a finis mordat canem.
 Quadrabit in eos, qui de re quantumuis exigua, litem susci-
 unt. Natum uidetur ab euenit proptiam. Extat autem apud
 iureconsultos actio ex lege, si quadrupes dammum dederit.

Litem parit lis, noxa item
 noxam parit.

Δίκη Δικῶν ἔτιπτε, καὶ βλάβη βλάβη. id est,
 Litem parit lis, noxa item noxam parit.
 Senarius in rixofos, et litium addos, dici solitus, quibus lis
 ex lite, alia ex alia nascitur: negotium seritur, ex negotio, in
 iuria propagat iniuriam.

Bonus dux, bonum reddit comitem. C

Ο καλὸς ἄρμας, ἔμπροσθε τῷ καλῷ ἐπὶ τοῦ, id est: Qui
 bonum ducem praestat, is bonum reddit comitem. In principe
 situm est, ut sit bene morata ciuitas, si modo ipse bonus sit im-
 perator. In episcopo positum, ut piam efficiat plebem, si ta-
 men ipse piam et integram agat uitam. Prudens et incorru-
 ptus magistratus, probos et integros reddit ciues. Bonus pa-
 ter familias, domum efficit bene institutam. Doctus ac diligens
 preceptor, eruditum reddit discipulum. Frugi maritus, ioco-
 rem in suos trahit mores. Vnde quisquis praefectus est nego-
 cio, debet in primis opera dare, ut ipse suo fingatur officio,
 prius quam ab alijs officium exigat. At nunc uideas nonmili-
 tos principes, qui legum obseruationem exigant a populo, cum
 ipsi uiuant prorsus ἀνόμως uelut omnibus soliti legibus,
 et magistratibus et officialibus integritatem requirant, cum
 ipsi palam uendant, aut ad gratiam mandent officia. Nonmili-
 tos uideas episcopos, qui a grege suo religionem et pietatem
 exigant, cum ipsi procul absint ab omni pietate. Sumpta est
 metaphorica a militia, in qua ferre qualiscumq; fuerit dux, eius-
 modi solet esse miles. Refertur in Graecorum collectaneis, sed
 ad ἑσώτοπον. Extat autem apud Plutarchum autorem minime
 iudicarem in uita Lyciurgi, ἡ δὲ ἰσὶ τῷ περὶ τῆς ἀρετῆς
 καὶ τῆς ἀπονοίας, ἐμπροσθε τῷ καλῷ ἄρμας, ἔμπροσθε
 τῷ καλῷ ἐπὶ τοῦ, id est: Sed ut populus dicto sit audiens, hoc di-
 scit a principe. Nam qui bonum praebet ducem, is facit, ut
 alij bene sequantur.

CHILIADIS PRIMAE CEN-
 TVRIA NONA.

Amyclas perdidit silentium. I



Αἰ ἀμύκλας ἀπέλασεν τὴν σιγήν, id est,
 Amyclas perdidit silentium. Quibusdam erudi-
 tis, in quibus est autor operis, haudquaquam
 aspernandi, quo d' inscribitur caput cornu, placet
 hoc ad prouerbiorum ordinem pertinere, neq; nos ab illo
 rum sententia magnopere distidemus. Consentaneum enim
 est, rem uulgari ioco fuisse iactatam. Innuat autem adagium
 Vergilius Aeneidos lib. x. cum ait:
 Fulvumq; Camercom,
 Magnanimo Volscenae satum, diuisimus agri

Qui fuit Ausoniam, et tacitis regnauit Amyclis,
 Videlicet Epitheto notum eius euentum indicans. Eū Seruius
 interpres, enarrat hunc in modum. Cū apud Amycleos subin-
 de nunciaretur hostiū aduentus, idq; falso, et ob eam re ciui-
 tas frequenter inani terrore quassaretur, lata lege cautū est,
 ne quis unquā hostis nunciaret aduentū. Atqui post euenit, ut
 uere iā aduenirent hostes. Quod cū nemo nunciaret, propter
 legis interdicitū, ciuitas de improviso capta est. Qui casus
 ut apparet, populari ioco dedit occasione, ut diceret Amy-

clas silentio perijisse, si cui sua taciturnitas fuisset incommodo.
 Citat idē Lucilius: Mihi necesse est loqui. Nam scio Amyclas
 tacendo perijisse. Accipiente sunt aut hoc loco Amycle, non
 ut sit una e centū illis urbibus Laconiae, quam Lacedaemonis
 filius cōdidit, sed oppidū quoddā sitū inter Caietan et Tar-
 racinam, conditū ab ijs Laconibus, qui comites Castoris et
 Pollucis fuerunt, eiusq; nomen indidere, quod Laconiae illes
 Amyclas referret. Seruius existimat Laconas Pythagorice
 discipline fuisse sequaces. Quoniam aut inter dixisse creditus
 est Pythagoras (ἡσυχάζειν, hoc cōmōto, quod diceret
 humanas animas in animantium corpora demigrare, et ob eā
 rem prohibuisse ne quod animal occiderent, quemadmodum
 attestatur et Iuuenalis: A cunctis animalibus abstinuit quātā
 quam homine, nefas esse ducbant serperes, qui ex uicinis pa-
 ludibus nascebantur, occidere. Quorū tanta increuit multi-
 tudo, ut ciuitatē eam deleuerint, teste etiam Plinio. Potest igitur
 et hinc ortū uideri uulgare dictum, Amyclas silentio pe-
 rijsse, quod Pythagorici dogmatis obseruatio, perniciē illis
 attulerit. Quorum primū est, ἡσυχία, id est: silentiū, quā
 in quinquennū uidebat ijs, qui suae philosophiae uellent imi-
 tari, sicuti declarat Aulus Gell. Porro quod ait Seruius: Laco-
 nes Pythagorice fuisse factiosos, nō recolor apud aliū au-
 thorem legisse me, nisi quod Plutarchus in Symposiacis tradit
 Tyrrenos huius philosophi decretis usque adeo fuisse addita-
 ctos, ut etiam ea quae ille symbolis illis praecipit, ridicula si-
 perstitutione soliti sint obseruare. Aut igitur ex his erant Amy-
 clei, aut eiusdē instituti sectatores. Meminit de Amyclarum
 silentio Silius Italicus:

Quasq; euertere silentia Amycle.
 Meminit et Catullus, nisi fallit inscriptio carminis de Vere,
 quod mper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, in anti-
 quissima quadā Gallie bibliotheca reperit. Sic Amyclas, dū
 tacebant perdidit silentium. Prouerbum ad uariū usus accō-
 modare licebit: uelut si ubi quis pecunia creditam perdidisset,
 quod non appellasset debitorem, aut iure praescriptionis, ut
 uocant, excidisset a possessione, Amyclarum silentium appel-
 let: aut si quis audacious agens causam suam, iusiusq; tacere, re-
 spondeat, τὰς ἀμύκλας ἢ σιγὴν ἀπέλασεν. Hoc inuile
 silentium Graeci uocant Δυσωσιαν, atq; hinc diuersum ni-
 tium ἀπόλεξιαν. De utroq; extant Plutarchi praecpta.

Timidior es proficiente. II

Διφλόος ἐστὶ τὸ ἄπειρον, id est: Formidolosior es co, qui prospicit. Dicitur in hominē supra modū pau-
 idum. Id ortū auit ex huiusmodi fibula: Quia natura a timi-
 didis, audita Herculis fama, abdidit se praemetu in specū
 quendam: deinde cū aliquando prospiceret, ex Hercule forte
 fortuna praetererentem uidisset, inmodico metu excitatus
 est, ac protinus dirigit in saxum uersus, quod adhuc uis-
 fitur speciei uiri, uelut a specu prospicientis. Vnde τὸ πᾶσι
 κινῆσθαι, saxum illud uocant.

Timidior Pisandro. III

Δελότορος ἐστὶ τὸ ἀσφάλειον, id est: Timidior Pisandro. Di-
 cebatur olim et hoc in inmodice formidolosos. Ait autē Pi-
 sandrū fuisse quempiā prodigiosa timiditate, adeo ut amicus
 esset, ne sua ipsius animam dicibi uideret, quae se uiuum reli-
 quisset. Idē uidetur esse cū illo Ciceronis: Vmbra sua metueret.

Diomedea necessitas. IIII

Διομήδης ἐστὶ ἀνάγκη, id est: Diomedea necessitas. De
 his qui in adacti, nō sponte quid faciūt, Vulpator a Platone
 lib. de Reipub. 6. Quia origine adagij refertur ad Ibraclū
 illū Diomedem, qui solitus fertur hostipes suos compellere, ut
 cū filiabus

cum filiabus suis de formisimam rem haberent: quo facto, eos ad inveniendos. Unde fabula parit, Diomedes equas homines pabuli uoce egeste solitas, uidebat filias à uiris agitatas, equas appellas. Et sane in hunc sensum interpretator Aristophanis enarrator in cōmōnatricibus, ubi uerus hic habetur: *Εστὶ ταύτ' ἀνδρῶν κ' ὄνσι, δ' ἰοῦσιν ἐπ' αὐτῶν.*

Quærit adolescens, nam qua sit necessitas sibi festari animum. Respondet illa esse, et quidem Diomedeam. Alij referunt ad Diomedem ducem Græcorum huiusmodi commentū adserentes, cum Diomedes et Ulysses communi opera sublato Palladio, redirent noctū, Ulysses quo facti gloria in se unū trāsferret, desinat occidere Diomedem precedentem, ac Palladium secum portantem. Itaq; cum ensem in caput illius à tergo iuberet, Diomedes, animaduersa ad lunc lionem gladij umbra, subtraxit se plage, correptumq; Ulysses, iunctis manibus precedere compulsi, gladio lato subinde cedens illius tergum. Hinc Diomedea necessitas.

Ad pristina præsepia.

Εἰς ἀρχαίας φάρμακας, id est: Ad pristina præsepia. In eos dicebatur, qui è uita quæpiam lautiore excussi, ad pristinum tenuitatem rediguntur. Aut contra de ijs, qui resituntur in pristinum fortunam unde exciderant: aut qui ad solitū contubernium sese recipiunt. Translatum ab animantibus, quibus nota familiariaq; præsepia gratissimè solè esse. V. sic patuit et Plautus in Curculione: Tormento non retineri potuit ferreo, quin reciperet se huc esam ad præsepim suam.

Alia uita, alia diæta.

Ἄλλοι βίῃ ἄλλοι διαίτῃ, id est: Alia uita, alia uiuendi ratio. In eos quadrabit, qui commutata in melius fortuna, patitur et uite rationem, moresq; commutat. Translatū ab ijs, qui lautius incipiunt uiuere, ubi res lautior obigit. Huc alij Aristophanes in Pluto, cum ait: *Ἐπ' αὐτῶν πλεῖστ' ὄντι ἐδ' ἰδέσθαι φρονῶ.* *Ἦσὸ τῶν ἄνδρ' οὐδ' οὐδ' ἀνδρῶν κατ' ἄλλοις.* id est, Deum diuitem factum, nihil iam lens iuat. At pauper antehac decoratè quælibet.

De iuene tam animum amica sustuliente, postea quàm desisset egere. Alludit huc Horatius: Non eadem est ætas, non mens.

Per medium anulū traharis oportet.

Διὰ δακτυλῆς ὄρεσ' ἐλασθῆναι, id est, Per anulum trahendus es. In eum quadrabit, qui sit uehementer externatio, gratiūq; corpore, seu morbo, seu cura, seu studio, seu qua alia re. Aristophanes in Pluto:

Διὰ δακτυλῆς ἢ ὅτι ἐμέγ' αὖρ Διελύσσομαι, id est, Itaq; profecto per anulum me traxeris. Verba sunt anis uolentis se uideri usque adeo macerata, atq; exhaustam dolore, ut per anulum trahi posset. Equidem opinor adagium esse Iumpum à Iusu, qui unum acetum maceratum, per anulum trahitur. Cuius rei meminit Plinius lib. 10. cap. 60. Magicum erat, aliqui per anulum trahere. Nam cerebrum capre per anulum aureum traherent, prius quàm lac daretur insutibus, insutillabatur contra comitiales, ceterosq; infantium morbos, ueluti testatur idem lib. 28. cap. 10.

Anus Baccharum.

Γεῦσθ' ἐκασθῆναι, id est: Anus Baccharum. In eos dicit solitum, qui præter ætatem indecore lasciuunt. Nam Bacchana licentia inueniuntis utcumq; permittitur, aniculis certe fastidiosa est. Quandoquidem insanie species est, aut uertigilam amore, aut potare, aut choros ducere, aut reliquis puelaribus ludibus indulgere.

Anus hircifans.

Γραῖς κατ' ὄρεσ' ἰδ' ἐστὶ: Anus hircifans. De anu adhuc intemptu libidine prurienti, et ut ait Plautus, catulliente. Aristophanes in Pluto: *Ἄλλ' ἀνίστατο Γραῖς κατ' ὄρεσ' τὰς ὄρεσ' ἰα κατ' ὄρεσ'.* id est, Verum nouerat.

Anus caprisantis uolare uaticia. De iuene, cui anus libidiosa omnia suppediabat, quo uicissim ab illo uoluptatem auferret. Nota est hircorum libido, odorq; qui et subantes consequitur.

Flere ad nouercæ tumulum.

Πρὸς τὴν λαχρῶν τάφον Δακρυῶν, id est: Ad nouercæ tumulum lacrymari, est simulare dolorem, cum re gaudeas. Neq; enim consentaneum est, priuigium moleste ferre nouercæ mortem, nihil fecius tamen officij causa nunquam ad iuuuū illachrymat. Quod idem de diuitis heredibus non inconcinne dicitur, in quos extat Publilianus ille Mimus cum primis elegans: Heredes fletus sub persona risus est.

Celeris elephantū parium.

Sunt quibus hoc quoq; inter adagia uidetur ad monerandum, quod scriptum est apud Plinium Secundum in præfatione historie mundi. Nam de grammaticis, inquit, semper expeccati parturiri aduersus libellos meos, quos de grammatica edidi, et subinde abortus feceri iam decem annis, cum ce leuius etiam elephantū pariant. Hæc enim Plinius. Itaq; cōstationem inmodicam, et quorundam nimis lenta molimina, his uerbis licetū significare. Porro de elephantorum partu Plautus in Stichō: Audiat sepe hoc uulgo dicitur, solere elephantum grauidam perpetuo decem esse annos. Huc ascripta latur Plinius libro octauo: Decem annis gestare in utero, uulgus existimat. Etiam si Aristoteles biennio parere putat, nec sepius quam semel singulos gignere. T heophrastus uero borem quandam indicam, nō ferre ante centum annos. Et in nis parturire dicuntur, qui moluntur, animumq; destinant aliquid. Proinde licet adagium etiam in hanc uertere formam. Quando tandem paries, obsecro, quod tot iam annos parturis, ut nec elephanti diuitius?

A mortuo tributum exigere.

Ἄπ' νεκρῶν φορολογεῖν, id est: A mortuo tributum exigere: dicebantur, qui per sis nefiq; diuitias uidebant; congerunt. Citat Aristoteles libro rhetoricorū secundo, καὶ ἀπ' νεκρῶν φέρεται, id est, uel à defuncto uelutq; aufert, ostendens dici solitum in eos, qui turpiter uidebant; lucrum aucuparentur et rebus minutis ac sordidis, ueluti uespasiani è lotio, aut è turpibus, uelut è lenocinio, quæstusq; corporis, aut cum à quibuslibet extorquetur, ab amicis, à tenuibus, à mendicis, postremo uel à mortuis. Nam Attici φέρον uocat emolumentum, siue uelutq; aliquid, quod ex re quæpiam fertur, etiam pecuniarium. Qui prædas huiusmodi colligunt, φορολόγους appellant, inuisum omnibus hominum genus, et optimo iure inuisum. Deductum est autem φέρον à uerbo φέρεν, quod est ferre, à quo Latinis quoque dictum fœnus, quæ uoce ueteres non utebantur, nisi de prouentu terræ, quæ ueluti gratissima debetur, pro singulis granis aliquoties centena reddidit. Si quidem præter naturam est, quemadmodum in Politicis scripsit Aristoteles, ut pecunia pecuniam pariat. At hodie res adeo recepta est apud Christianos, ut cōtempis agricolis, quo nō aliud hominū genus, uel innoctens, uel magis necessarium reipub. scener a tores propemodū inter ecclesie columina habeantur, cui usura præfici quoq; mortales illi damnantur.

ber: dicit sic reclamari a vulgo in Captivum, Hercules aut
 Titanis personâ assumentem ἄσιν ἴππυ δῶ. Athenæus in Di
 gnosophistis lib. 1. 4. refert, quod Tachus rex Aegyptiorum
 huiusmodi sennante tetigerit Agelliam Lacedæmoniorum re
 gem, cū ad eū venisset, suppetias illi laterius in bello ὠδινῶν
 δῶ, ἄσιν ἴππυ δῶ, δῶ δῶ ἔταρα μῶν, id est: Partu
 rixit mons Iupiter aut metuit, ar ille peperit mūrē. Erat autē
 Agellus pussillo corpore. Porro dicto offensus, respondit
 φανήσομαι σοι ποτὲ ὅ ἄσιν, id est: Atqui aliquando
 tibi videbor leo. Post enim, ut exorta scditione apud Aegy
 ptios, cum Agellus non adesset regi, coactus sit ad Persas
 fugere. Porro Græcis videtur esse carmen anapesticum. Vti
 tur & Horatius in arte poetica:

Quid dignum tanto fret hic promissis hiatu?
 Parturient montes, nascetur ridiculus mus.
 Porphyryon ex Aesopi apologo quopiam natum existimat,
 is fœtur eiusmodi. Cum olim quidam arces adq; agrèstes ho
 mines, viderent in monte terram intumescere, moveriq; con
 ciorant undiq; ad eam horrendum spectaculum, expectantes
 ut terra novam aliquod, ac magnum portentū ederet, mon
 te nimidum parturiente, foreq; ut Titanes rursum erumpen
 ter, bellum cum dijs redintegrēt atori. Tandem ubi multum
 diuq; suspensis attonitisq; animis expectasset, mus prore
 pfit ē terra, moxq; risus omnium ingens exortus.

Aureos montes polliceri. xv
 Χρυσὸν ὄρη ἵππευ καὶ ὄρη, id est: Auroes polliceri montes.
 Proverbiales hyperbole de ijs, qui immensa pronitiūt, spesq;
 amplissimas ostentant. A Ferarū arrogantia ducta, qui pro
 pter auri venas, montes auroes iactabant. Plautus in Stichō:
 Neq; ille sibi meret Ferarum montes, qui est auri perhibe
 ritur. Atq; idem in mīlite, in eandem sententiā dixit argenti
 montes: Tum argenti montes, non masas habet. Terentius
 in Phormione: Is senem per epistolā pellexit, modo non mon
 tes auri pollicens. Quo quidem loco illud obiter admonendū
 a Virgilio, quod opinor vulgus interpret loquere, modo nō, di
 ctum pro eo quod est apud Græcos μόνον ἔχει, id est, tantū
 non, id perinde valet, quasi dicas, promodum. Nam tantum
 nō in Græcico more reperies, tum apud Liliuum, tum apud
 Suetonium, neq; fœtel apud Valerium Maximū. Apuleius in
 prima actione Apologie sue: Qui si est auaricia egenus, &
 ad omne lucrum inexplēbilis, nec montibus auri iactabitur.
 Dicit Hieronymus in Rufinum: Vt cum montes auri polli
 citus fueris, ne scorticum quidem nummum, de thesauris tuis
 proferas. Aristophanes, ὅ ἄσιν ἴππυ δῶ,
 καὶ ἄσιν ἴππυ δῶ ὄρη μόνον ἔχει, id est,

Menfes & octo cacauit in auri montibus.
 Cacauit, dixit pro de ariditate, lasciuia comædiæ veteris. Paulo
 diuersus dixit Salustius in Catilinario: Magna montesq; pol
 liceri cepit. Ad eundem modum Per Ius:
 Magnos promittere montes.
 Vt hyperbole magnitudinis sit, non in aurois, sed simplici
 ter in ijs montibus.

Ambabus manibus haurire. xvi
 Ἀντλήω ἀμφοτέρωσιν, id est, Haurire ambabus, sub au
 di, manibus. De ijs dici consuevit, qui summo conatu quippiā
 agūt. Itidē Aristophan, in equitibus, καμφοῖν χροῖσιν μν
 σι δὲ αὐτῶν δὲ μὲν ὄρη, id est, Manibus utriq; assistat bo
 na publicā. Hinc consue est illud Homerice ex Iliados η.
 οἰσὶ ὡδὶ δὲ αὐτῶν οἰσὶ ὡδὶ αὐτῶν οἰσὶ ὡδὶ, id est,
 Noui equidem clypeum dextra leuāq; mouere.
 Inuenitur et illud ἀμφοῖν δὲ ὄρη, id est, Ambabus

manibus largiens, id est: affatim & prodige, aut etiam perbe
 nigre. Plato in Sophista, καὶ τὸ λατῶν ἄλλοιων οὐ τῆ ἑτέρας
 λατῶν ὁμοιότητι ἀμφοῖν ὄρη, id est, Et quod dici solet, ne
 quaquam altera prendendū manu, quin magis ambabus. Nō
 nihil ab hac forma recedere videtur, quod scriptum est apud
 Aristidē in Cimonē, qui citat hunc locum ex hymno poëte
 cuiuspiā, μέγα δὲ ἔσπερον ἄσιν ἵππευ πλῆθος ἀμ
 φοτέρωσιν χροῖσιν ἰσότηρ ὀρέμεν, id est: Grauitur autē ge
 nuat Astia, ab illis percussa ambabus manibus, robore belli.
 Vicinius illud, quod est apud eundem in oratione Panathe
 naica, ὃ δὲ ἀμφοτέρωσιν τῆ χειρὶ ἴππυ δῶ, ἄσιν τὸν μὲν ἄσιν δὲ
 ἄσιν ἴππυ δῶ, id est: At ille utraq;
 aderat manu, dicens usq; ad Atticā, Græcos simul, ac barba
 ros. Quamquā hoc loco potest etia citra figurā dictū accipi,
 ut intelligatur vel de terrestribus pariter ac maritimis co
 pijs, vel de barbaris, ac Græcis. Quandoquidem & militum
 manum dicitur, ut apud Vergiliūm:
 Luuenum manus emicat ardens.

Vno ore.

Vno ore pro summo consensu, passim apud auctores obtiūt
 est. Terentius: Vno ore omnes bona dicere. M. T. ul,
 in sermone de amicitia: Vna est enim amicitia in rebus huma
 nis, de cuius utilitate omnes uno ore cōsentiant. Seneca in tertia
 iudiciorum diuersitate, referendā bene merētibus gratiā, om
 nes uno tibi, qd̄ autē, ore affirmabūt. Aristoph. in equitibus:
 Οἱ δὲ ἴππευ ἑνὸς στόματος ἀπαύτητος ἀνεύροισιν, id est,
 Ore uniuersi clamitant uno simul.
 Plato libro de legibus primo. Μία δὲ φωνή, ἡ ἑνὸς
 στόματος, πᾶντας οὐ μισθῶν, id est: Vna vox, & ex eo
 dem ore omnes concinere. Idem lib. de rep. secundo, ἡ ἑνὸς
 γωνίᾳ ἑνὸς στόματος ἑνὸς ἄσιν, ὅς ἐστιν ἑνὸς ἄσιν ὄρη
 καὶ ἑνὸς στόματος, id est: Omnes unum ore ore prati
 cant, quod honesta res sit, & modestia, & iusticia.

Aquilam noctue comparas.

Αἰτῶν γλαυκὴν σὺν κενεῖν, id est, Aquilam noctue cum
 parat. Martialis in Scaxonte:
 Aquilasq; similes fierere noctūis queris.
 Aquila iulus accerrimi, adeo ut ἀσπίδα ἀμυντικῶσιν, id est, nō
 contiuentis aduersus solem intueatur. Et sunt qui tradant hanc
 aenem hoc experimento probare, degenerēs ne sint pulli, an
 genuini. Contra noctūam, solis lumen modis omnibus refugit.
 Pindarus quodam loco graculus cum aquila confert.

Congregare cum leonibus vulpes.

Congregare cum leonibus vulpes, est res impares disimi
 lesq; permiscere. Martialis:
 Quia congregare cum leonibus vulpes?
 Vulpes dolis nititur, leo viribus fidit. Quamquam utruq; cō
 iunctis Pindarus, indicans virū fortē leonem oportere prestare
 res, in exhauriendis certaminū laboribus, vulpem in consilijs.
 Sic enim in Isthmijs scribit, τὸ λῆμα ἅ ἑοικὼς θυμὸς ἐπι
 βεβημετέρῳ ἔχεισιν ἰσότηρ ὄρη ποιοῦ, μέγαν δὲ ἀδωπικῶ
 δῶ, id est: Animo similis frementibus leonibus, in ferendis labori
 bus, consilio vero vulpes.

Aquila in nubibus.

Αἰτῶν ἐν νεφέλαισιν, id est: Aquila in nubibus, pleriq;
 interpretantur de magna quidē illa, sed quam non facile asse
 queris: alij de ijs, qui longe reliquis præcellunt. Aristophanes
 in equitibus: ὁ πῶν ἰσότηρ
 ὄρη ἐν νεφέλαισιν αἰτῶν γλαυκοῦ, id est,
 Gaudeo istoc nomine,
 Quod aquila fiam in nubibus uidelicet.

Verba sunt populi Atheniensis, promittentis sibi futurum, ut orbi uniuerso imperet. Et paulo inferius in eadem comœdia, tanquam oraculum pronunciatior:

Αἰετός ὡς γίνεαι, ὡ πάρος ἦν ἐσσιλεύεις. id est, Quippe aquila es, terreeque omnium dominaris in orbem. Dicuntur et hæc de populo Atheniensium, nisi forte placet allufo, ad spes huius principatus inanes. Rursum in auiibus, αἰετός γὰρ ἐσσιλεύει, id est: Aquila in nubibus sic. Interpres admonet alludere poetam ad oraculum, quondam Atheniensibus redditum, quo prædicebatur futurū, ut Athenienses tanto intervallo reliquas artes superarent, quanto aquila in nubibus reliquis auiibus esset sublimior. Pindarus itē in Nemeis, quem locum modo attingimus, se uocat aquilam, Bacchylidem æmulum graculorum, uidelicet quod illum imitauerit uinceret intervallo:

Αἰετός ὡνός ἐν περαιοῖς ὡς ἴαθεον αἰετα πλοῦτος μεταμορφώμενος. Δεκαπένθ' ἔχρησεν ποταῖς, κρεσσέτη ἢ κολοιοὶ ταπεινὰ νέμοντι.

Quorum carminum hæc est sententia: Aquila pernix inter uolucres, que repente aduolans emittis, corripuit eruantem prædam: Loquaces autem graculi humi pascantur.

Volantia sectari.

XXI

Huic affine est qd' usurpat Aristotel. tertio ἄν' μετὰ τὰ φυσικὰ lib. 1. τὰ περὶ αὐτῶν δ' ὁνομαζέται, id est: Volantia sectari, loquitur autem de uehementer obscuris, et que difficillimū sit peruestigare. Cui non dissimile est Porfianum illud: Est aliqua quæ tendis, et in quod dirigitur arcam?

An passim cornos sequeris, testasq; lutosq;?

De ijs, qui nullum certum uitæ scopum sibi proponunt, sed ex tempore uiuant, ad quamvis occasionem mutabiles.

Ibyci grues.

XXII

Αἱ Ἰβύκιες γρῦες, id est: Ibyci grues. Græcis in prouerbium abiierunt, quod dici consuevit, quoties sceleribus nouo quodam ex improbus casu proditiis, selesiti poenas dant ijs, quos læserunt. Id ex huiusmodi quodam euentu natum memrant: Ibycus poeta quidam, cum in latrones incidisset iam occidendus, grues forte superuolantes obtectatus est. Aliquanto post tempore, cum ijsdem latrones in foro sederent, rursus sumq; grues superuolarent, per locum inter se suspirabant in aures, Αἱ Ἰβύκες ἐνδοιοὶ πάσαισι, id est: Adsint Ibyci uoltores, eum sermonem aspidentes in suspitionem rapuerunt, maxime desiderato iam pridem Ibyco. Rogati quid nam sibi uellet ea oratio, hæsitauer atq; incōstanter responderūt: subiecti tormentis facinus confessi sunt. Atq; ita uelut grūu iudicio poenas Ibyco dederunt, ac potius suo ipsorū iudicio, ut dicitur, perierūt. Huiusmodi ferme Plutarcbus in cōmētario de futili loquacitate. Meminit huius adagij Ansonius in monosyllabis: Ibycus ut perijt, iudex fuit aliuiolans grus.

Excitat super hac re Græcum epigramma, titulo Antipatri, quod non ex auidibimur adscribere:

Ἰβύκιε ληϊσώες κατέκτανον, ἐκ ποτὲ ἦτος βάνας ἐκμηλῶν ὄπισθε βίνας, πολλὰ ἐπιβοῶσάν μοι γδάνων ἔφορος, αἰτοὶ ἱκόντι μάστιγες, ἐλγισσοὶ οὐκμηλῶν δάναςτοι. Δὴ δὲ μάστιγ' ἰχθύος, ἔπειτα πινυλῆς ἐρῖνος. τῶνάδ' ἀπὸ κληρονομίας τίθητο σθεο φόνου Σισυφίην ἡδ' ἰγώνων, ἰσὺ ἑλακῶν εἰς φῖλα ληϊσώων, τί βῆσιν οὐ παροῖσθε φίλων, οὐδὲ γὰρ ὁ προσωποποιεῖται κτανῶν ἀνῆθησθε ἀοιδῶν ὅμιμα μελαμπέπλων ἐκφύρη εὐμοχίδων.

Vertissem et hos uersus, meo more, in commodum Petrus Aegydus Antuerpiensis, hos spes meus, imò Pylades meus, et si quid hoc quoq; usquam est amicus, iam Latinis fecisset, ac mea quidem sententia feliciter. Eos adscribam, simul et hoc laboris haud illibenter effugiens, et incomparabilis amici mentionem cupide arripens.

Quondam ad desertum uenientes Ibyce litius, Vitam prædones eripere tibi.

